

**De Hippocrate, ejus scriptis eorumque editionibus / [Johann Heinrich von Fischer].**

**Contributors**

Fischer, Johann Heinrich von, 1759-1814.  
Briegleb, Johann Christian, 1741-1805.  
Hippocrates.  
Coburg 1777.

**Publication/Creation**

Coburgi : Typis Ahlianis, [1777]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/vkgzrrxd>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>





1034 +  
A x p  
18



DE  
HIPPOCRATE, EIVS SCRIPTIS  
EORVMQVE EDITIONIBVS.

---

QVAM DISPVATIONEM  
CVRANTE

VIRO PRAENOBILISSIMO  
M. IO. CHRIST. BRIEGLEBIO

PHILOSOPHIAE PROFESSORE P. O.

A. D. 1. OCTOBR. MDCCCLXXVII.

H. L. Q. C.

IN GYMNASIO CASIMIRIANO ACADEMICO PVB-  
LICE DEFENDERE STVDEBIT  
AVCTOR

IOANNES HENRICVS FISCHER

A. S. C.

---

COBURGI  
TYPIS AHLIANIS.

*Fischer Potimus*





HIPPOCRATES, FIRST CRISTIS  
FORVMOYE

QUAM DISPUTATIONEM  
CYRANTE

TIPO PRAELECTORIS SIMO

MIO. CHRIST. BRIGGLERIO

PHYSICIAN PROFESSOR R. O.

A. D. 1707. OCTOBER. CLASSECLIXIT


U. S. S.

IN EXAMINATION CANDIDATI ACADEMICI BYE  
LICE DETINERE STADIBIT

ACTOR

TOVNIHE HENRICVS FISCHER

A. S. S.



COBLENZ  
1707



V I R O

EXCELLENTISSIMO EXPERIEN-  
TISSIMOQVE

CASPARO FISCHERO

ARTIS MEDENDI DOCTORI

SERENISS. DVCIS SAX. COB. ET SALF. CONSI-  
LIARIO ET ARCHIATRO

ARTIS ORNAMENTO

AEGROTORVM PERFVGIO COMMVNI

PARENTI OPTIMO

INDVLGENTISSIMOQVE

D. D. D.

OBSEQVENTISSIMVS FILIVS

IOANNES HENRICVS FISCHER.



V I O

EXCELLENTISSIMO EXPERIEN-  
TISSIMO

CASPARO FISCHERO

ARTIS MEDICINAE DOCTORI

SENEGALIS, DACIS SAK, COR ET SALTUS CONS-  
LIATIO ET ARCHIAURO

ARTIS ORNAMENTI

LEGISLATIONIS PRACTICAE COMMUNIS

PARTELLI OPTIMO

INDICANTISSIMO

L. D. D.

EXCELLENTISSIMO

IOANNES HENRICUS FISCHER



---

— — ingenio superavit, et omneis  
Praestrinxit, stellas exortus vti aetherius Sol.

LUCRET. L. III. 1056-57.

---

## SECTIO PRIMA.

### *Prooemium.*

**A**ntiquissimorum temporum historiam perscrutantes, multa in obscuro latentiaprehendimus, quae, quamquam veteres et Graecos et Romanos in rebus dignis memoria litteris mandandis et consignandis assiduos fuisse, multa monumenta, nobis relicta, testantur, tamen inopia penuriaque scriptorum proficisci videntur. Miraberis fortasse resque sibi repugnantes te legere putabis, sed immensa librorum copia, qui temporum iniuria perierunt, considerata diligentiusque ponderata, non negabis, nostram sententiam a veritate minime esse alienam. Ne vero a re, quam tractaturi sumus, longius aberrare querelasque iam diu agitatae tritaque repetere videamur, protinus ad rem ipsam nos accingamus paucisque ostendamus, Medicinae apud veteres Graecos historiam illa labe minime esse liberam.

Eorum antiquitas temporisque longinquitas nobis praecipuae causae esse videntur, quibus factum est, ut, etsi plures a) Medicae artis historiam, ad antiquissima tempora

A 3

vsque

a) I. H. Meibomius, I. Bapt. Capponus, Tb. Reinesius et q. s. r.



vsque recurrentem promitterent, multique *b)* promissam ederent, quibus vero omnibus palmam praeripuissē videtur *Daniel Clericus, c)* tamen multa adhuc caligine demersa iaceant. Primum quidem tempore *Hippocratis*, qui, quamuis antiquitas Aesculapium Medicinae inuentorem praedicaret, artem indigestam rudemque primus digessit, excoluit et perpoliuit ita, vt sub eo primum *d)* nata ars salutaris dici possit, omnia clara fiunt, illaeque euanescunt tenebrae, at tamen multa incerta, mutila dubiaque de Summo *Hippocrate* eiusque scriptis sunt. Neque quemquam fore, qui hoc negare velit, modo illam contentionem non ignorat, de genuinis *Hippocratis* scriptis per tot secula inter doctos agitatam studiaque vera eius scripta a falsis, integra a suppositis ac interpolatis discernendi virorum et olim et hodie clarissimorum, ex illis *Erotianum, Galenum, Mercurialem, ex his Trillerum, Hallerum et Grunerum* nominasse sufficiet, nos quidem arbitramur. Quum vero angusti scriptionis limites nos impediunt, quo minus hac de re longius agere possimus et de *Hippocratis* scriptis eorumque variis editionibus pauca commemorare in animo sit, necessarium nobis videtur, vt quam in ordinandis et collocandis scriptis *Hippocratis* secuti sumus rationem, eam lectoribus beneuolis breui ostendamus. Primum itaque enarrationem editionum *Magni Hippocratis* operum omnium et graeca scriptorum, et latina aliisque Europae linguis translatorum sistemus, deinde editiones scriptorum eius seorsim typis expressorum recensēbimus, simul de integritate et fallitate eorum pauca commemoro-

- b)* *H. Conringii* Introductio in artem medicam Helmst. 654. 4. et postea Hal. 726. 4. longe auctior. *Th. Iansf. ab Almeloueen* Inuenta Nouantiqua Amstelod. 684. 8. *A. O. Gælicke* Historia medicinae vniuersalis VI. Period. completæ. Frf. ad Viadr. 717-20. 8. I. *Heinr. Schulzii* Historia medicinae. Lips. 728. 4. et qui sunt reliqui  
*c)* Histoire de la Medecine en III Parties, a Amsterd. 723. 4. mai.  
*d)* *Seneca* L. de breuit. vit. C. I. p. 310. Idem Epist. XCV. p. 409. edit. Lips. ap. Weidmann. 741. *Plinius* Histor. natur. L. VII. c. 51. XXVI. 2. XXIX. I.



memoraturi, qua in re longe Cl. Virum *Grunerum* e) ducem egregium secuti sumus. Antea vero quam opus aggrediamur ipsum, pauca de vita et moribus *Diui senis* enarrare, non omnino superuacaneum esse nobis videtur.

## SECTIO SECUNDA.

### *Vita et mores.*

**H**ippocrates Heraclidis et Phenaretis (seu vt alii malunt Praxitheae) filius, genus paternum ad Podalirium et Aesculapium, maternum ad Herculem referebat. In insula Co, a qua postea cognomen, Cous, accepit, anno primo Olympiad. LXXX. die XXVI. mensis f) Agriani natus, pater primus erudiuit. Dein Herodico, Gorgia, Rhetore, praeceptoribus vsus esse, et Philosophiae Heracliticae operam dedisse narratur. Post parentum obitum patria relicta Thessaliam petiit; cuius itineris multae a multis enarrantur causae, quarum verisimillima haec nobis esse videtur, vt rei medicae effectus per varios multosque locos expiscaretur simulque non sermone tantum sed et opere medicum esse g) ostenderet. In Thessalia et Macedonia maximam vitae partem transegisse dicitur. Tempore belli Peloponnesiaci maxime inclaruit tantamque famam in Graecia nactus est, vt ad regem Macedonum, Perdiccam, qui tabe laborare putabatur, vocaretur. Ad quem quum venisset cum Euriphonte, animum regis amore tactum esse, protinus iudicauit, morboque pulso mox regem sanitati restituit. Breui tempore post, truculentam illam pestilentiam h) ex Aethiopia ad Graecos transuentem ignibus vbique accensis rogisque exstructis aërem purum faciendo, repulit. Quibus

e) C. G. Gruneri Censura librorum Hippocrateorum. Vratisl. 1772. 8.

f) v. Fabricii Bibl. Graec. II. C. 24. p. 843.

g) Sunt ipsa, *Diui senis*, verba, in Libello qui inscribitur Lex T. I, edit. Lind. p. 42.

h) v. Lib. III. Epidemicorum sect. 3. edit. Lind. p. 721. seqq.



bus rebus factum est, ut etiam Persarum rex, Artaxerxes, eius opem peteret, multum auri illi pollicitus, quam vero regi dene-  
gavit, dicens: pecuniam se contemnere Graecosque suos deserere  
non posse. Nonnullos inueniri, qui ab eo, Democritum, quem in-  
fania laborare Abderitani credebant, sanatum esse dicunt, non  
ignoramus, quum vero de hac re iam diu certatum, nondum vero  
aliquid certi inuentum sit, in medio relinquemus. Obiit *Diuus  
senex* apud Larissaeos anno primo Olympiad. CI. annos LXXXV.  
natus, seu ut aliis videtur XC, aliis CIV. aliis denique CIX. Duos fi-  
lios, Thessalum et Draconem, qui postea celeberrimi medici fuisse  
perhibentur, et filiam, Polybo nuptam, reliquit. Fuit ipse sanctis mo-  
ribus, *i)* rectus, *k)* sincerus, *l)* religiosus, *m)* verus. Scriptis suis,  
dialecto ut vocant, Ionica compositis immortalis consecutus est  
gloriam. Orationis genus fuit perbreue *n)* simplex, graue, pa-  
rum aut nihil ratiocinii habens *o)*, venustum. Quum vero fatum  
quasi magnorum hominum sit, ut, qui obtrectant, habeant, id  
etiam Noster expertus est; tantum vero absuit, ut inimici *p)* fa-  
mam eius obscurarint, ut potius eandem illustrarint.

## SECTIO TERTIA.

### *Opera omnia.*

**R**ecenseamus nunc eius opera omnia, graece edita.

*Hippocratis opera omnia.* Venet. apud Aldum 526. fol. et a Iano  
*Cornario.* Basil. 538. fol.

Prae-

*i)* Qui hac de re dubitant, legant Jusiurand. ipsius. T. I. edit. Lind. p. 42.

*k)* v. Lib. eiusd. de flatibus T. I. edit. Lind. p. 400. seqq. et Aphorismor. Sect. I. 1.

*l)* v. *Cels.* de Medicina Lib. VIII. c. 4. edit. *Almeloueen.* p. 515. *Quint.* Instit. ora-  
tor. Lib. III. c. 6. edit. *Harles.* T. I. p. 209.

*m)* v. Jusiurandum l. c.

*n)* Quam ob causam Galenus eum *βραχυλογον* appellat. Lib. de Venae sectione  
p. 514. T. X. edit. *Renat. Charterii:* item Lib. II. de difficultate spirandi. G. 8.  
p. 256. T. II eiusd. edit.

*o)* *Dan.* *Clerc* histoire de Medecine P. I. XXX. p. 240. edit. 723. et *Gruneum* l. c.  
p. 23. seqq.

*p)* *Andreas, Tzetzes* et qui sunt reliqui.



Praeter has extant graecae nullae.

Deinde prodierunt Graeco-Latine:

*Hippocratis*, quae extant gr. et lat. scholiis illustrat. ab *Hieron. Mercuriali*, Venet. 588. fol.

— — graece et lat. ex Interpretat. et c. scholiis *Anut. Foefii* Francofurth. 595. 596. 603. 621. 624. 645. ib. eod. fol. et Genev. 675. 657. fol.

— — gr. et lat. studio *I. A. van der Linden* L. B. 665. II. Vol. 3. Neap. 754. 4. Venet. 757. II. Vol. 4.

— — et Cl. Galeni opera omnia studio *Renat. Charterii*. Lutet. Paris. 639. et 679. fol. XIV. Vol.

— — opera omnia, gr. et lat. *Steph. Mackii*. Vienn. Austr. T. I. 743. T. II. 749. fol.

Primae *Hippocratis* operum versiones latinae, scriptis eiusdem ex Arabia translatis et sparsim editis, extant. Venet. 493. et 497. fol. Postea in lucem edita,

*Hippocratis* opera ex interpretat. *M. F. Calui* Ravennat. Rom. 525. 549. 610. 619. fol.

— — opera, *W. Copi*, *N. Leoniceni* et *Andr. Brentii* interpret. Bas. 526. fol.

— — ex interpretat. *I. Cornarii* Bas. 543. fol. Venet. 545. 8. Bas. 546. fol. Paris. 546. 8. Bas. 553. fol. Lugd. 553. 8. Bas. 554. 8. ibid. 556. 8. 562. fol. 564. 8. 582. 8. et nuper c. *Pr. Martiani* Comment. Patau. 719. fol.

— — edente *I. Culmanno*. Bas. 558. fol. Lugd. 562. 8. et 564. fol.

— — c. Comment. *I. Marinelli*. Venet. 575. 619. fol. Vicent. 610. fol.

— — interprete *Anutio Foefio*. Francofurth. 596. 8.

— — a *Pr. Martiano* explicat. Rom. 626. fol. Venet. 652. fol. Patau. 718. fol.

— — studio *I. Bapt. Paitoni*, Venet. 740. III. Vol. fol.

— — opera genuina, recensuit et praefatus est *Alb. de Haller*, Lusann. 769-771. T. IV. 8.



In linguam Gallicam versa prodierunt ;

— — par *Claude Tardy*. a Paris. 667. 4. avec des remarques par  
*Andr. Dacier*. a Paris, 697. 12.

In linguam Hispanorum translata sequenti titulo ;

Las Obras de Hippocrates mas selectas con el texto Gryego  
y Latino puesto en Castellano e ilustrado con las obseruaciones  
practicas par *Andrès Piquer*. Madrid, T. I. 757. T. II. 761. 4.

## SECTIO QVARTA.

Scripta Magni Hippocratis seorsim typis expressa,  
et genuina et supposita.

*Genuina. q)*

**I**usiurandum lat. versum a *N. Perotto* Paris. 514. 4.

— — graec. Bas. 533. 8. gr. et lat. ex Recens. *S. Singkeler* Basil.  
538. 8. gr. et lat. Paris. 542. 4. ibid. 557. 622. traduit en Franc.  
a Lion 552. 8. graec. et lat. c. Comment. *I. Meibomii* L. B.  
643. 4.

Ἱπποκράτης ἀφορισμῶν τμήματα. ζ. Lugd. 532. 16. c. praef. *I. Corna-*  
*rii* graec. Hag. 8. Paris. 557. 12. ex recognit. *Rutgeri Rescii*,  
Louan. 533. 8. Lugd. ap. *Gryphium* 543. 8. ex recognitione  
*Fr. Rabelaei* Lugd. 543. 12. 545. 12.

— — graec. Francof. 545. 12. per *I. Morisotum* Bas. 547. 8.

— — gr. et lat. cur. *I. Dauioni*. Paris. 542. 8. c. Praefagior. L. III.  
Bas. 543. 8.

— — Sect. VII. *Leonb. Fuchsi*. Basil. 544. 4. Paris. 545. 8.  
Lugd. 558. 8.

Apho-

q) In discernendis veris a falsis, Cl. Virum *Grunerum* secuti sumus, vti supra me-  
nuimus.



- Aphorismi Paris. 552. 8. L. B. 555. 16.
- — c. Comment. *I. Dieterici* Giess. 556. 4.
- — apud *Morellum*. Paris. 557. 12. ex interpr. *Cl. Campensii* Lugd. 579. 8. per *I. Butinum* Lugd. 580. 12. *Nic. Leonicensi* interprete. Lugd. 581. 12. Colon. Allobrog. 628. 12. c. Comment. *I. Marinelli* Venet 583. 16. *I. Opsopaei* Frf. 587. 16. studio *Henr. Visceri* Tubing. 591. 4. interpr. *Guilielm. Plantio* Geneu. 580. 12. 621. 12.
- — interpr. *I. Heurnio* L. B. 601. 12. 607. 16. 609. 4. 609. 12. 623. 12. 638. 12. Hag. Comit. 664. 12. Ien. et Lips. 677. 4. Amstelod. 688. 12. Ien. 690. 8.
- — c. Comment. *P. Offredi* Aurel. Allobr. 606. 12. 607. 12. edente *Tb. Magistro*. Paris. 613. 8. c. annotatt. *I. Manelphi*. Rom. 623. 16. vna cum Prognosticis, et Prorrheticis *I. Heurnii* L. B. 627. 12.
- — ex recognit. *Ad. Vorstii*, L. B. 628. 32. ibid. f. a. 32. ex recens. *Foesii* et *G. Plantii* L. B. 633. 12. *I. E. Schefferi* L. B. 633. 12. Patau. 638. acc. Prognostic. L. III. per *Ger. Denisotum* Paris. 634. 8. c. *Bernard. Langwedelii* Hamb. 639. 12. Lugd. 638. 12. enodati a *T. Knoblochio*. Norimb. 641. 8. Marpurg. 643. 24. *I. Tilemanni*, Marpurg. 650. II. Vol. 12. studio *I. Conr. Dieterici*, Giess. 656. 4. Vlm. 661. 4. metric. paraphrasi. *Henr. van der Poort*. Vltraiect. 657. 24. 687. Giess. 660. 16. versibus ab *Ant. Hommerio*. Paris. 660. 8. ex edit. *Nic. Leonicensi* L. 668. 12. stud. *Luc. Veerhoofd*. L. B. 675. 12. ibid. 676. 24. f. a. 32. studio *Iac. Sponii* L. 684. 12. accurate *Tb. I. ab Almeloueen* Amst. 685. 12. L. B. 732. 16. Argent. 756. 12. Lips. 756. c. Comment. *M. Listeri* Lond. 702. et 703. 12. Tubing. 744. 24. per *Phil Hecquet*. Paris. 724. T. II. 12. c. not. *I. I. Fickii* Ien. 729. 8. ibid. 752. 8. Bas. 748. 8. Glasgow. 748. 18. 749. not. varior. illustr. digessit. *I. Chr. Rieger*, Hag. Comit. 767. T. II. 8.
- — Latine vert. *Tb. Gaza* Venet. 493. 12. Lugd. 505. 8. interprete *Constantino* Venet. 495. fol. c. Galeni commentariis et *N.*



*Leoniceno* interpret. Ferrar. 509. fol. Paris. 532. f. Patau. 524. 12. 526. 12. 532. Lugd. 581. 12. secund. translat. Th. Gazae et Leonicensi compilati a *I. B. Theodosio* Parmens. Bonon. 522. 8. *Laur. Laurentiano* interprete, Erphurd. 523. 4. Paris. 523. fol. Paris. 526. 8. *I. Agricolae* Ingolst. 537. 4. a *Leonard. Fuchsio*. Bas. 544. 4. Paris. 545. 8. hexamet. carmin. descripti ab *Aloisio Luisenio* Venet. 552. 8. interpret. *G. Plantio*. Paris. 555. 12. et Geneu. 595. 12. c. paraphrasi *I. Myricae*, Bas. 556. 8. edent. *Cbr. a Vega* 563. 8. paraphrasi metrica *Laurent. Span.* Vratislau. 570. Venet. 571. 8. *Andr. Ellingeri* paraphr. poëtica Frf. 579. 8. c. paraphr. Poëtic. *Reginald. Sturmii* L. 583. 8. edent. *Iunckero* 619. 648. 12. 679. 12. per *Oliuer Popardum* Rochell. 580. 16. paraphras. poëtica *Petr. Bulingeri*, Paris. 587. 12. 658. 8. versibus redditi a *P. Dyonisio*. Veron. 599. ex enarratione poëtica *S. Provancheri*. Paris. 603. 8. ex interpret. *I. Ultraiectini* L. B. 607. Vicent. 610. 24. c. not. *I. Manelphi* Rom. 613. 16. ed. *Franc. Oclerio* Venet. 620. 12. 624. 12. carminice *I. L. Gansii* Vienn. 622. Argent. 624. 12. *I. Pfauzii* versibus heroicis expressi Bas. 624. 12. c. interpret. *I. Butini* Aureliop. 625. 12. *Nic. Fontani* Amst. 633. 12. rythmici *Petr. Berigardi*. Vtin. 645. 8. versu heroico explicati ab *I. Bapt. de Condè*. Bruxell. 647. 12. in Prosa et versu heroico expressi, Colon 669. 12. Rudolphopol. 671. 48. Ingolstadt. 680. 32. *I. D. Globicz*. Norimb. 681. 12. latino carmine redditi a *M. Roseler. Lucano, Radulph. Wintertono*, et *I. Frero*. Cantabrig. 683. 8. auctore *P. F. Occlerio*. acc. Prognost. L. III. Vienn. 726. 16. Neapoli. 734. 24. c. comment. perpet. lat. et german. durch *Iob. Timmius*. Brem. u. Leipz. 744. recognit. a *I. Pasta*, Bergom. 750. 12. c. notis varior. Amst. 755. 24.

*Gallice* redditi:

Aphorismes d' Hippocrate p. *M. I. Breche*, a Lion 581. 12. a Rouen 646. 12. trad. par *I. Vigier*, a Paris. 686. 8. par *Lazare Meis-*



*Meyssonier*, a Lion. 668. 12. avec les remarques et d'explicat. a Paris. 685. 12. par *du Four* a Paris. 703. traduction faite sur la verf. d' *Hecquet*, a Paris. 725. 12. 727. 12. par Mr. *A. C. Lorry*. a Paris. 759. 12.

*Anglice*. Lond. 665. 8. | ib. 695. 8. The Aphorisms of Hippocrat. and the Sentences of Celsus by *Cont. Sprengler*. Lond. 708. 8. 735. 8.

*Italice*.

Aphorismi d' Hippocrate trad. da *Luc. Tilacteo*. Paugia 552. 8. trad. da *Anselmo Latioso*, Viterbo. 627. 8.

*Hebraice* simulque graec. et lat. *Marii Ant. Cajotti*. Rom. 674. 8. De aëre, aquis et locis, Lat. Venet. 497. fol. gr. et lat *I. Cornario* interprete Basil. 529. 4. graec. Paris. 536. graec. et lat. ibid. 542. 4. c. Comment *L. Septalii* gr. et lat. Col. A. 590. fol. et Frf. 645. fol. L. B. 658. 12. paraphrasis *Camill. Flauii* Venet. 596. 4. trad. en Franc. par *I. B. Damascene* a Paris 662. 4. Hippocrates upon Air, Water, and Situation &c. by *Francis Clifton* Lond. 734. 8.

*Prognostica*, quae fuerunt inuenta in capsula eburnea in suo sepulcro Bonon. 489. 4. et Venet. 497. fol. Graec. et lat. *Laur. Laurentiano* interprete Paris. 532. fol. 543. 8. 557. 8. gr. c. Inrejurand. *Alban. Torini*. Bas. 536. 8. Le livre des presaignes trad. p. *P. Verney*. a Lion 542. 8. interpret. *G. Copo* Paris. 543. 8. Lugd. 552. 12. ex edit. *Rabelaei* Lugd. 543. 8. et 545. 8. Paris. 557. 12. gr. Vicent. 611. 16. lat. auct. *Cb. de Vega*. Lugd. 551. 8. paraphras. poëtica *And. Ellingeri* Frf. 579. 8. stud. *Tb. Mouffet*. Frf. 588. 8. vna cum Prolegomenis comment. *I. Heurnii*. L. B. 597. 4. 605. 8. lat. Vicent. 611. 24. lat. c. *Fr. Occleri* Venet. 620. 12. Vienn. 726. 8. gr. et lat. *I. Blacvodaevi*, Paris. 625. 24. gr. c. Comment, et Not. *B. Hornii* Stralesfund. 645. 8. gr. et



- lat. collata c. Libris epidemicorum ab *H. Cope* Dublin, 736. 8. Lat. Amst. 755. 16. Basf. 748. 8.
- Prorrhetica, r) Lat. 512. Parisf. 4. Bonon. 526. 4. interprete *Caluo* 527. 12. ex versione *Vassaei*. Venet. 537. 16. gr. et lat. Parisf. 557. 8. cura *I. Heurnii* L. B. 597. 4.
- De officio Medici gr. et lat. edidit. *G. Matthiae* L. B. 740. 4.
- Popularium morborum L. VI. s) gr. et lat. *L. Fuchsi*. Hag. 532. 4. L. I. III. et VI. versi ab *H. Cruserio* Parisf. 534. fol. Venet. 538. 16. Basf. 570. 8. Lib. V. gr. et lat. a *L. Fuchsi* edit. Basf. 537. 4. Lib. I, III. VI. interprete *Vassaeo* Lugd. 550. 12. Parisf. 557. 12. Lib. II. gr. et lat. *A. Foessii*. Basf. 560. 8. Lib. I. et III. gr. et lat. ex. edit. *I. Freindii* Lond. 717. 4. avec les Commen. de Galien a *des Mars*, a Paris. 768. 12.
- De victu Acutorum c. Gal. Comment. ex interpret. *I. Guintheri*. Parisf. 529. 8. graec. Parisf. 530. fol. gr. et lat. *I. Vassaei*, Parisf. 531. fol. 543. 8. 551. fol.
- De vulneribus capitis, acced. de fistulis et vlceribus cum. Com. *Vid. Vidii*. 544. fol. gr. et lat. c. Comm. *I. Scaligeri* Lutet. 578. 8. comment. *I. B. Cortesii* illustrat. Mess. 632. de playes de tete par *Diffaudeaud* a Rouen. 658. 12.

*Supposita.*

**D**e arte Lib. lat. *I. Cornarii*, Basf. 543. 4. cur. *I. Gorraei*. Parisf. 542. 4. 584. 4. et 622.

De

r) Liber secundus tantum genuinus habetur.

s) L. I. et III. pro integris habentur, alii non.



De prisca medicina, interpret. *Gorraeo*, Paris. 544. 4. gr. et lat. Paris. 622. et 642. 4. paraphras. lat. donavit *L. A. Portius*, Rom. 681. 12. Vltraiect. 703. 8.

Lex, ex vers. *Andr. Brentii* Lugd. 506. 8. gr. et lat. *Matth. Garbicii* Tubing. 564. 8.

De genitura, lat. vers. *Iodoc. Willichii*. Frf. 542. 8. acc. de natura pueri libellus gr. et lat. *I. Gorraei*, Paris. 545. 4. 572. 8.

De carnibus et partu septimestri Libr. *I. Lalamantii* Geneu. 571. 8.

De natura hominis, graec. Paris. 548. 4. c. Comment. *Blas. Hollerii*, Argent. 558. 8. Bas. 562. 8. ex edit. *I. F. Schroeteri* Geneu. 585. 4. gr. et lat. c. Comment. *I. Heurnii*, L. B. 609. 4. L. B. 627. 8.

De refectione c. Comment. *D. W. Trilleri* Leid. 732. 4.

De humoribus, graec. Paris. 555. 4. gr. et lat. ib. 4. lat. vers. a *I. B. Razario* Venet. 562. 8. Tig. 567. 4.

De humoribus purgandis, et victu acutorum, gr. et lat. a *Petr. Girardetto*. 631. 8. ex recens. et emend. *I. G. Günzii*. Lips. 745. 8.

De flatibus gr. et lat. *I. Cornar*. Bas. 529. 4. Paris. 525. 12.

Coaca praesagia c. Interpret. *Hollerii*, opera *D. Iacotii*, Lugd. 576. fol. vna cum iureiurando, prognosticis, prorrheticis edidit gr. et lat. *I. Opsopaeus*, Frf. 587. 12. Interpret. *L. Dureto*, Paris. 588. 616. 621. fol. Argent. 633. 8. Lut. Paris. 658. fol. Geneu. 665. fol. L. B. 734. fol. c. praedictionibus alphabet. ord. digesti Paris. 638. 16. gr. et lat. vers. ab *Anut. Foefio* et *I. Ionstonio*, Amst. 660. 8. 662. 12.

De alimento, lat. vers. a *Steph. Gourmelino*, Lut. 572. 8.

De purgantibus, latinit. donat. a *I. P. Crasso* Venet. 536. Bas. 539. 4. ex edit. *I. Caii*, Bas. 544. 4. gr. et lat. c. not. *Morelli*, Paris. 617. 8. latin. Lond. 655, 12.



De insomniis gr. et lat. c. Comment. *I. C. Scaligeri*, Lugd. 538. et 561. fol. Gieff. 610. 8. Amst. 659. 12. gr. et lat. *I. Velfii*, Bas. 543. 4. graece apud *Morellum* Paris. 586. 8. interpret. *Andr. Brentio*, 4. f. l. et a.

De morbis Lib. III. gr. et lat. *Georg. Pylandri* Paris. 540. 4.

De internis affectionibus, c. Praelect. *I. Martini*, Paris. 637. 4.

De Haemorrhoidibus, graec. Bas. 540. 8.

De virginum morbis, c. interpr. et annot. *M. Cordaei* Paris. 574. 8. *I. Bapt. Donatii* Frf. 591. 8. *I. Steph. Bellunenſis*, Venet. 635. 4.

De morbis mulierum L. I. interpret. et explicat. *M. Cordaei*, Paris. 574. et 585. fol.

Epistolae omnes, graec. Venet. 499. 4. ad Demagetum, gr. et lat. stud. *Alardi Amstelred.* Saling. 539. 8. acc. de Infania libellus *I. Cornario* interpret. Frf. 542. 8. Colon. 544. 8. lat. Bas. 554. 12. gr. et lat. *Eilhardi Lubini* Frf. 600. 8. c. epist. alior. Francf. 609. 8. c. not. *Thomafii* iat. Hal. 693. 8. gr. et lat. *Hadr. Relandi*. Vtr. 711. 8. traduites en Langue Franc. par *Tardy*, a Paris, 730. 12.

*Hippocratis* XXII. Commentar. gr. et lat. stud. *Th. Zwingeri*, Bas. 579. fol.

Opuscula aphoristica gr. et lat. per *I. R. Zwingerum*, Bas. 748. 8.

*Hippocratis* Chirurgia gr. et lat. *Stephan. Marrinaldi*, Paris. 619. 8. Chirurgia, Italice scripta per *Bernh. Genga* in sermone Hispan. translata per *Andr. Garc. Vazquez* en Madrid. 744. 4.

Haec sunt, quae de *Hippocratis* scriptorum editionibus, colligimus. Praestat nunc eos, quibus ducibus in colligendis editionibus vsi sumus, laudare: quorum praecipui sunt, *I. A. van der Lin-*



*Linden, t) I. A. Fabricius, v) A. Hallerus w).* Quamquam vero tantorum virorum auxiliis instructi opus aggressi sumus, tamen multa manca et mutila in eo reprehendi posse, non negamus. Cuius autem rei nullae aliae sunt causae, nisi ingenii nostri exiguae vires. Semper itaque, iuvenilem laborem esse, ut meminerint, L. B. est, quod rogamus. Quodsi nobis contigisset, ut in opusculo nostro edendo dissertatione Cl. Viri *Nic. Wasse x)* uti potuissemus, fortasse plura eaque certiora de Magni *Hippocratis* scriptis dixissemus; quum vero id fieri non posset, in aliud tempus differamus. Reliquum est, ut doctissimis doctoribus gratum animum pro tantis in nos beneficiis testemur, Deumque optimum maximum obsecremus, ut illustres huius inclyti Gymnasii academici Curatores doctoresque diu incolumes florentesque esse iubeat.

t) *Linden*, renovatus a G. A. Mercklino Norimb. 686. 4. vitiis haud liber.

v) *Biblioth. Graec.* T. I. Hamb. 708. 4.

w) *Boerhav.* Meth. St. med. cura *Halleri*. Amst. 751. *Halleri Bibliotheca chirurgica* T. I. 774. Bas. 4. *Ejusd.* *Bibliotheca Medicinae practicae* T. I. Bas. 776. 4.

x) *Diff. de variis operum Hippocratis editionibus* Lond. 722. 4.



---

---

## Aphorismi.

- I. Ars medica, quamvis multos habuerit, habeatque etiam nunc obrectatores, longe nobilissima est.
  - II. Quam diu homines erunt, opinionum humanarum erit diuersitas.
  - III. Ex illa tamen opinionum diuersitate quam plurimum boni nasci videtur.
  - IV. Cicero, qui res suas a Luceio voluit celebrari atque ornari, inanis gloriae iusto cupidior non fuit.
  - V. Errant, qui putant Methodum mathematicam vbi-que esse adhibendam.
  - VI. Absurdum illud, vulgo quod dici solet: de mortuis non nisi bene.
- 
-



\* \* \* \* \*

Quum primum *Te* nosse coepi, *Nobilissime Fischer*; quum e domestica disciplina fane egregia in haec nostra Musarum castra translatus esses, ingenii *Tui* alacritas coniuncta cum amabili morum suavitate atque summa industria, ita me quidem cepit, ut de *Te* optima quaevis sperarem, et praedicerem, talem *Te fore*, qualem vellet et optaret Illustris patris cura atque diligentia in *Te* educando singularis; quam spem atque expectationem me non fefellisse mirum in modum laetor; et quum eum me esse volueris, quo *duce* atque comite cathedram escenderes, ut prius, quam ex hac litterarum sede discederes, gratum testatus animum, collectas ingenii *opes* explicares; primus *Tibi* gratulor hunc diligentiae fructum, hunc libellum vere *Tuum*, quem integrum *Tibi* reddo atque illibatum; siquidem in eo etiamsi vel mutare quid voluissem vel emendare; his temporum angustiis circumscriptus in hac negotiorum etsi non magnitudine, tamen multitudine, non potui: nolui autem plures ob causas, primum ne *Tuas Tibi* laudes eripere viderer; deinde ut exteri quoque scirent, quo usque progrediantur Casimirianorum meliorum ingenia in optimarum artium studiis, quos fallere religio mihi fuerit; denique ea scripsisti, quae pluribus grata fuerint et non inutilia. Jacta sunt rei pulcherrimae fundamenta, quibus deinde inaedificentur maiora.

Quid reliquum est? quid? nisi ut *Te* rogem, qualem *Te* adhuc optimo cuique probasti, talis porro esse velis, et quam *Tui* concitasti spem atque expectationem, eam tuearis atque sustineas; quin, si fieri possit, superes? Habes magnum exemplum domi, quod intuearis, de quo dies noctesque cogites; talem patrem; tot laudibus illustrem, tantis in tot homines meritis conspicuum; cuius *Tu* praeceptis formatus, doctrina imbutus es; huius vestigiis insistes, cuius in laetitiam natus es. Ego vero *Te* hortor atque moneo, quem sponte praeclaro quodam ad virtutem impetu ferri cognoui? Itaque finem facio scribendi Deum precatus immortalem, ut *Te* suo numine tegat, et *Tuis* laboribus optatos respondere iubeat eventus. Mihi autem quamvis molestum fuerit diuelli abs *Te*, cuius ego amore, difficile dictu, quantopere delecter; idem tamen gaudeo reputans cum animo meo, *Te*, mei non immemorem, ea omnia esse confecturum, quae *Tibi* aliquando magno honori, patriae *Tuae*, cui omni modo prodesse quis bonus non iudicet pulcherrimum? atque civibus salutis sint. Scripsi Coburgi a. d. XXV, Sept. CXCCLXXVII.

I. C. Briegleb.



\* \* \* \* \*

[The following text is extremely faint and appears to be bleed-through from the reverse side of the page. It is largely illegible but seems to contain several paragraphs of dense text.]

J. C. [illegible]

[Faint text at the bottom of the page]



